Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

murmurabant discipuli eius. Dixit eis ihs. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: spiritus est qui vivificat caro autem non prodest quicquam. Verba que ego locutus sum vobis. spiritus et vita sunt sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio ihs qui essent non credentes: et quis traditurus esset eum et dicebat. Propterea dixi vobis quia nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: et iam cum illo non ambulabant. Dixit ergo ihs ad duodecim. Numquid et vos vultis abire? Respondit ergo ei simon petrus. Domine ad quem ibimus? Verba vite eterne habes: et nos cognovimus et credimus quia tu es xpus filius dei vivi. Respondit eis ihs. Nonne ego vos duodecim elegi et ex vobis unus diabolus est? Dicebat autem iudam simonis scharioth. Hic enim erat traditurus eum: cum esset unus ex duodecim. Secreta

Presta nobis domine quesumus huius papie festivitatis officiis. ut per sacrificia sobrius mentibus celebremus. Per. Postcommunio

Omnipotens miserere quesumus de tua pietate quatenus quesumus domine deus noster ut huius sempiterna propagatione vivamus. Per. Super populum

Circumdare quesumus domine dexteram tuam populum tuum depositum et purificatum dignanter erudiat et consolatione pietatis ad futura bona proficiat. Per. Iudica pal

Domine ne tuam petitionem longe facias auxilium tuum a me ad defensionem meam respice libera me de ore leonis et a cornibus unicornium humilitatem meam. Ps Deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a salute mea.

Omnipotens sempiterne deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum salvatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti concede propitius ut et patientie illius habere documenta et resurrectionis consortia mereamur. Per. Ad philippenses.

Fratres. Hoc enim sentite in vobis quod et in christo ihu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Hu